



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Consti=||tvtionen In Di-||oecesana Synodo
Vvla-||dislaviensi**

Karnkowski, Stanisław

Colonię, 1572

VD16 W 4100

Pivs Papa V. Venerabilis Fratri Stanislao Episcopo VVladislaiensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62991)

PIVS PAPA V.
VENERABILI FRATRI
STANISLAO EPISCOPO
Vladislauensi.



Venerabilis frater, Salutē
& apostolicā benedictio-
nē. Spei, quā de te habui-
m⁹, abs te ipso tuæ admi-
nistrationis initio gaude-
mus esse responsū. Quòd enim Syno-
dū Dioecesanā celebrāsti, in qua cura-
sti, vt totus Clerus professionē faceret
fidei Catholicæ; quòd Seminariū ex
decreto Tridētini Conc. instituisti, &
de mēse tuę reditib⁹ dotaisti, in eo ieci-
sti muneris tui præclara admodū fun-
damēta. Ex istis porrò p̄teritis officijs
tuis in sp̄e non dubiā venimus de fu-
turis. Ad quę præstāda nō egere te co-
hortatione cōfidimus. Sed tamē quia
merita tua apud Deū crescere cupi-
mus, & exemplū tuū finitimis Episco-
pis ad imitandum propositum fore
speramus: vt quanta maxima potes
cura, & diligentia creditas tibi oues
pascere actu eri, & eas, quæ aberrārūt,
ad ouile Dominicum reducere ac sa-

PIVS PAPA V.

nare studeas adhortamur. De ijs, quæ
mandato tuo à nobis postulauit fa-
miliaris noster Georgius Ticinius,
quid tibi concefferimus, ex eius li-
teris cognosces. Confidere fraterni-
tatem tuam volumus, nihil te vn-
quam frustra à nobis desideraturum:
quod quidem saluo officio nostro
concedi possit. Datum Romæ apud
Sanctum Petrum sub annulo Pisca-
toris, die XXII Maij. M. D.
LXVIII. Pontificatus
Nostri Anno ter-
tio.

Antonius Florebellus
Lauellinus.

PETRI

PETRI ROYZII MAV.
rei, Hispani, Regij Iurisconsul-
ti Carmen ad Stanislaum
Carncouium, Episcopum
VVladislauensem, An-
tistitem Religio-
sissimum.

Quin edis Canones tuos, perennes
Leges Cuiaviae tuae futuros?
Sancto flamine quos & architecto
Et doctore, tui gregis ministris,
Es nuper fabricatus & tulisti,
Carncoui, decus in sulae bicornis,
Splendor Pontificum, salusq; Cleri.
Sydus Sarmatiae tuae decorum
Quin edis Canones tuos? regantur
Diuinum templa quibus, quibus sacrorum
Praeses Presbyter excitus, relinquat,
Serpens exuuium velut senectae,
Vitae dedecus & nefas prioris:
Et purus sceleris sit, atque putus.
Exemploq; suo, tuoq; ductu,
Leniq; imperio, gregem palantem
Dispersumq;, pedem referre notas
In caulas satagens volensq; cogat.
Cessatum nimis est, grauis veterani
Lenta segnitie prioris aui.